

R. P. F.
LUCII FERRARIS

SOLER-ALEXANDRINI,

ORDINIS MINOR. REGUL. OBSERV. S. P. FRANCISCI,

PROMTA BIBLIOTHECA

CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA,

NEC NON

ASCETICA, POLEMICA, RUBRICISTICA, HISTORICA

(JURIS HISPANICI HODIE ETIAM VOCABITUR)

DE PRINCIPALIORIBUS, ET FERE OMNIBUS, QUÆ IN DIES OCCURRUNT, NEC PENES
OMNES FACILE, AC PROMTE REPERIRI POSSUNT,

EX UTROQUE JURE, PONTIFICIS CONSTITUTIONIBUS, CONCILIIIS, SACR. CONGREGATIONUM
DECRETIS, SACRÆ ROMANÆ ROTÆ DECISIONIBUS, AC PROBATISSIMIS
ET SELECTISSIMIS AUCTORIBUS

ACCURATE COLLECTA, ADAUCTA, IN UNUM REDACTA, ET ORDINE ALPHABETICO CONGESTA,

AC IN DECEM TOMOS DISTRIBUTA.

In hac editione, secunda hispana, non solum Additiones legales, jam antea publicatæ, accedunt, sicut in prima, verum etiam leges, Auctoris doctrinam astruentes, permultæque aliæ adnotationes, eisdem decisionibus insistentes, numquam antea editæ:

OPERA AC STUDIO ID TOTUM ELABORATUM

L. D. FRANCISCI Mariæ VALLARNA

MADRIDENSIS COLLEGII ADVOCATORUM ALUMNI.

TOMUS QUARTUS.

FGH-J



SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI:

TYPIS ET SUMPTIBUS REGIÆ TYPOGRAPHORUM ET BIBLIOPOLARUM SOCIETATIS.
MDCCXCV.

R. P. F.
LUCII FERRARIIS

SOLER-ALEXANDRINI
ORDINIS MINOR REGULI OBSERV. S. P. FRANCISCI

PROMPTA BIBLIOTHECA
CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA

ASCETICA, POLEMICA, RHETORICA, HISTORICA
(IURIS HISPANICI HONOR ETIAM VOCABITUR)

AC IN DECEM TOMIS DISTRIBITA
OPERA AC STUDIO IN TIBURTE BIBLIOTHECA

I. D. FRANCISCI MARIE KALLARNA
MADRIDENSIS COLLEGI ADVOCATORUM ALCANTARÆ

TOMUS QUARTUS
F. G. H.



SUPERIORUM PERMISSU
MADRIDI
TIBURTI ET SUMMITIBUS REGIE TYMPANORUM AC BIBLIOTHECARUM SOCIETATIS
MDCCXCV.

INDEX TITULORUM

QUI IN HOC TOMO CONTINENTUR

F	Alcidia..... pag. 1.	Grādus affinitatis, & consanguinitatis..... ibid.
	Falsum, Falsarius..... 4.	Græci..... 149.
	Fama..... 9.	Grassator, Grassatio..... ibid.
	Familia..... 13.	Gratia ut est donum Dei..... 151.
	Familiaris, Familiaritas..... 17.	Gratia ut est gratiosum rescriptum..... 159.
	Famuli, Famulæ..... 22.	Gubernator..... 163.
	Fenestræ..... 24.	Guidagium, seu Pedagogium..... 166.
	Ferragosto..... 26.	Gula..... ibid.
	Festa, Festivitas..... ibid.	

H

	Feudum..... 42.	Habitus..... 169.
	Fideicommissum..... 51.	Hæreditas..... 177.
	Fidejussio, Fidejussor..... 55.	Hæres..... 179.
	Fides..... 57.	Hæresis..... 186.
	Fidei Professio..... 64.	Hæretica propositio..... 188.
	Filius, Filii..... 66.	Hæresi proxima..... ibid.
	Filius Viduæ Naim..... 77.	Sapiens hæresim..... ibid.
	Fiscus..... 78.	Suspecta de hæresi..... ibid.
	Fœmina..... ibid.	Hæreticus..... ibid.
	Forum, seu Forus..... 82.	Hebdomada, Hebdomadarius..... 194.
	Franchitiæ..... 127.	Hebræus..... 196.
	Franciscani..... 229.	Hemorroissa à Christo sanata..... 214.
	Fraus..... ibid.	Hermaphroditus..... 215.
	Fructus Ecclesiasticorum, & præsertim Beneficiatorum..... 130.	Hierosolymitani Milites, seu Equites Militenses..... 217.
	Fruentum..... 131.	Historia, Historicus..... 222.
	Fugitivus à Religione..... 132.	Homicida, Homicidium..... 225.
	Fundator beneficii..... ibid.	Honestas publica..... 233.
	Funeralia, Funera..... ibid.	Honor..... ibid.
	Furnus..... ibid.	Horæ Canonicae..... ibid.
	Fur, Furtum..... 134.	Hortatoria..... ibid.


G

	Gabella, Gabellarius..... 143.	Hospitale, Hospitalarius..... 234.
	Geomantia..... 148.	Hospitatio Militum..... 237.
		Hospitia Regularium..... ibid.

Hy-

Hydromantia.	238.	Judas Iscariotes.	ibid.
Hypotheca, Pignus.	ibid.	Judex.	ibid.
J			
Jejunium.	242.	Judicium.	318.
Jesu Societas.	266.	Judicium temerarium, suspicio, & dubitatio.	324.
Job Prophetæ.	ibid.	Juramentum.	325.
Jubilæum.	267.	Jurisdicctio.	346.
Judæus.	ibid.	Jus, Justitia.	352.
Judaica propositio.	ibid.	Juspatronatus.	359.
H			
Habitus.	169.	Familia.	13.
Hæreditas.	175.	Familias.	17.
Hæres.	179.	Famuli, Famulas.	20.
Hæresis.	180.	Fenestæ.	24.
Hæretica propositio.	183.	Ferragoroso.	26.
Hæresis proxima.	ibid.	Festa, Festivitas.	ibid.
Sapientia hæretica.	ibid.	Fendum.	42.
Suspecta de hæresi.	ibid.	Fideicommissum.	51.
Hæreticus.	ibid.	Fideiussio, Fidejussor.	55.
Hædomana, Hædomanitas.	191.	Fides.	57.
Hæreticus.	192.	Fidei Professio.	64.
Hæretica à Christo sanata.	193.	Filius, Filius.	66.
Hæreticus.	194.	Filius Viduus Natus.	77.
Hæreticus.	195.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	196.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	197.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	198.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	199.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	200.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	201.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	202.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	203.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	204.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	205.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	206.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	207.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	208.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	209.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	210.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	211.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	212.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	213.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	214.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	215.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	216.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	217.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	218.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	219.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	220.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	221.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	222.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	223.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	224.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	225.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	226.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	227.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	228.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	229.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	230.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	231.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	232.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	233.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	234.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	235.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	236.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	237.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	238.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	239.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	240.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	241.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	242.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	243.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	244.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	245.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	246.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	247.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	248.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	249.	Fiscus.	78.
Hæreticus.	250.	Fiscus.	78.

FAL-



FALCIDIA.

SUMMARIVM.

FALCIDIA quid sit.
 1 Assignatur motuum ejus originis.
 2 Falcidia dicitur à Falcidio Tribuno plebis, qui illum tulit sub Octaviano Imperatore.
 3 Trebellianica quid sit.
 4 Trebellianica dicitur à Trebellio consule, à quo prodit Senatus consultum Trebellianum.
 5 Sicuti per Falcidiam positum est temperamentum legatis, ita per Trebellianicam, seu S. C. Trebellianum positum est temperamentum fideicommissis.
 6 Quæ differentia inter utramque, ex quibus bonis detrahatur: an ex omnibus legatis falcidia detrahi possit: an ejus detractio an possit à testatore prohiberi, ad num. 32.
 7 Quæ hucusque de falcidia statuerunt, de trebellianica debent intelligi: alia differentia assignatur, ad num. 37.
 8 Novæ additiones ex aliena manu subnectuntur, ad n. 54.
 9 Falcidia est quarta pars bonorum testatoris post mortem ejus, deducto ære alieno, & expensis funeralibus, residua hæredi scripto nimis legatis gravato, debita; clare habetur §. Quantitas autem a. §. Cum autem 3. instit. de leg. Falc. & sic
 10 Comm. Cum enim olim juxta licentiam leg. xii. tabular. liberum esset testatoribus totum patrimonium erogare in legata, seu hereditatem totam, ac tantis gravare legatis, ut hæredibus onera hereditatis portarent, vel nullum, vel nonnisi modicum lucrum remaneret, ac propterea hereditatem respuerent, lata est Lex Paria prohibens uni legatario legari ultra 1000. aureos. Deinde etiam lata est Lex Voconia prohibens, ne quis plus relinqueret alicui quam hæredi; sed cum neutra adhuc sufficeret, lata est Lex Falcidia prohibens, ne plus liceat legare, quam dodrantem, seu tres partes omnium bonorum, ita ut hæredi semper remaneat saltem quarta pars omnium, quæ inveniuntur tempore mortis testatoris, post soluta prius debita, expensas funeris, ac mercedem servorum. Hæc quarta pars dicitur Falcidia, & lex eam introducens dicitur Lex Falcidia, à Falcidio Tribuno plebis, qui illum tulit sub Octaviano Imperatore, Instit. de Leg. Falcidia, & Cod. ad Legem Falcidiam, & cap. Quædam 6. dist. 1. ibi: "Sub eodem quoque Imperatore (Octaviano) Falcidius Tribunus plebis legem fecit, ne quis plus extraneis in testamento legaret, quam ut quarta pars superesset hæredibus, ex cuius nomine Lex Falcidia est nominata."
 11 Trebellianica est quarta pars bonorum testatoris post

mortem ejus, deducto ære alieno, & expensis funeralibus, residua, hæredi scripto, fideicommissio universali gravato, debita; §. Sed quia 7. Instit. de Fideicom. Hæred. & Codic. ad S. C. Trebellianum; Et sic Communis. Trebellianica dicitur à Trebellio Consule à quo prodit Senatus consultum Trebellianum, quo statuitur, ut hæres Fideicommissarius rogatus, seu gravatus totam hereditatem restituere, possit quartam partem sibi retinere, uti habetur in cit. §. Sed quia 7. institut. de fideicom. hæred. & Cod. Ad S. C. Trebellianum. Unde sicuti per falcidiam positum est temperamentum legatis, ita per trebellianicam, seu S. C. Trebellianum positum est temperamentum fideicommissis. Hinc Falcidia & Trebellianica in hoc differunt, quod Falcidia detrahatur à nimis & excessivis legatis, Trebellianica vero ab excessivo fideicommissio universali, & falcidia derivatur à Falcidio, trebellianica vero à Trebellio; Vide aliam differentiam infra sub num. 33.
 12 Falcidia detrahatur ex omnibus bonis post mortem testatoris repertis, solutis tamen prius omnibus ejus debitis, expensis funeris, & mercede, seu pretio servorum, ita ut si respectu horum omnium bonorum hæres scriptus ob nimia legata non habeat quartam partem, possit eam à dictis legatis proportionaliter detrudere, textu expreso in §. final. de lege falcidia, ibi: "Cum autem ratio legis falcidie ponitur, ante deducitur æs alienum, & funeris impensa, & pretia servorum manumissorum, & tunc demum in reliqua illa ratio habetur, ut ex eo quarta pars apud hæredem remaneat, tres vero partes inter legatarios distribuuntur, pro tota scilicet portione ejus, quod cuique eorum legatum fuerit." Et sic Rota part. 1. recent. dec. 438. num. 2. & part. 14. decisi 366. num. 8. Hæres tamen præterdens hujusmodi deductionem tenetur ipse probare legata excedere dodrantem, seu tres partes hereditatis; Rota part. 10. recentior. dec. 42. n. 50. Et ubi fiat locus dictæ deductioni, hæres tenetur ea omnia in falcidiam computare, quæ capit Jure hereditario; Rota part. 8. decisi 75. num. 7. Non autem tenetur hæres computare in falcidiam ea, quæ capit Jure legati, aut fideicommissi particularis; sed si quæ testator hæredi particulariter legavit, aut fideicommissis debent conferri ad quantitatem omnium bonorum, & Falcidia erit detrahenda proportionaliter à legatis, seu fideicommissis particularibus computato etiam illo, quod testator per modum legati, vel particularis fideicommissi hæredi specialiter reliquit; l. In quartam 9. ff. ad leg. falcid. ibi: "In quartam hereditatis, quam per legem falcidiam hæres habere debet, imputantur res, quas jure hereditario capit, non quas jure legati, aut fideicommissi &c. nam hæ in quartam non imputantur." Falcidia non solum detrahatur à legatis, sed etiam à fideicommissis.
 A dei

deicommissio particulari l. 2. §. 3. Cod. ad leg. Falcid. 13 Rota p. 6. dec. 171. numer. 12. Item Falcidia detrahatur etiam a donationibus mortis causa factis leg. Si quis 18. Cod. Ad leg. Falcid. ibi: Si enim mortis causa donatio praecedit, & haec modum legis falcidiae excedat, haeres post additionem repetit eam pecuniam, quae ultra modum legis falcidiae corporaliter quidem data est, lege autem in patrimonio permansit, & concordat l. Si mortis §. 14. Cod. eod. Quantitas bonorum in Ordine ad detrahendam falcidiam illa praecise debet attendi, & computari, quae post mortem testatoris, deducto aere alieno, reperta fuit, sive deinde ante additionem haereditatis fuerit aucta, vel diminuta; §. 2. Instit. de lege falcidia ibi: Quantitas autem patrimonii, ad quam ratio legis falcidiae redigitur, mortis tempore spectatur. 15 Falcidia non detrahitur a legatis privilegiatis, qualia sunt, quae cum perpetua inalienabilitate relinquuntur; Auth. Sed, & C. ad leg. falcid. ibi: Sed & in ea recessat falcidia, quae ita relicta est, ut alienetur, sed permaneat apud successores ejus, cui relicta; Rota part. 5. tom. 1. dec. 88. num. 22. decis. 372. num. 9. & t. 2. dec. 484. n. 12. Sic falcidia non detrahitur a legatis ad pias causas; Auth. Similiter Cod. Ad leg. Falc. ibi: Similiter falcidia cessat in his, quae ad pias causas relicta sunt. Barbos. Juris Eccl. univ. l. 3. cap. 27. num. 84. cum communis aliorum, & etiam l. 2. c. 11. num. 93. Pars autem falcidiae, quae non potest detrahi a legatis piis, non est oneranda legatis profanis, ita ut haeres integram falcidiam percipiat, sed solum a legatis profanis est detrahenda pars illa falcidiae, quae ipsis pro rata competit, cum ad eam tantum sunt obligata; Falcidia enim pro rata de quolibet legato detrahitur; l. Haereditatem 68. §. final. l. In quantitate 73. §. fin. ad leg. falcid. Unde in tali casu integra falcidia non deducitur, sed tantum rata de aliis legatis profanis; sic Mantica l. 9. coniect. tit. 3. num. 24. §. 25. Amostaz. l. 1. de causis piis cap. 11. num. 34. ubi ad hoc plura adducit. Falcidia non detrahitur 18 ex legatis relictis ecclesiae; Communis cum Cardinal. Petra tom. 2. comment. ad Const. X. Innocent. III. num. 75. Neque detrahi potest falcidia ex iis, quae relinquuntur confraternitatibus, sive cum Episcopii auctoritate, sive absque ea institutis; Bassi tract. de Sodalitatibus, seu Confraternitatibus q. 16. num. 1. cum multis ibi citatis; Barbos. l. 2. Juris. eccl. univ. cap. 11. num. 92. ubi testatur de communi. An autem falcidia sit detrahenda ex legatis piis, quando pia causa, seu ecclesia est instituta haeres? Opinio est fortiter controversa, & pro utraque parte enumeratur caetera Doctorum. Pro negativa tamen stat major pars, ut observat Barbos. lib. 2. Juris eccl. univ. cap. 11. num. 95. & lib. 3. cap. 27. num. 87. adducens plurimos resolutos partem negativam esse veriorum, quos dicit esse sequendos, & Card. Petra l. c. n. 79. ubi dicit, quod plures recensentur rationes, quod non sit locus detractioni falcidiae, quando agitur in re pias causas. 21 Hic tamen cum distinctione censeo esse procedendum. Vel enim ipsa causa pia, scilicet tam instituta haeres quam legataria sunt aequaliter favorabiles cultui divino, religioni, aut animae testatoris; & tunc non est detrahenda falcidia de legatis piis a causa pia instituta, quia non debet unum altare discoperiri, ut aliud cooperiatur, ex Clement. Quia contingit, de religio. domib. cap. Cum ea usam, de praebend. & Authentic. Quomodo oportet Episcopos, §. Si vero. Et praesertim in loco pio haerede remaneat aliquod jus honorificum distribuendi legata pia, & aliquod commodum, ut de Societate haerede circa distribuendas dotes legatas, quod habeat jus distributionis considerabile, & reversionis dotium in casu obitus sine filiis, ut dicit Rota in Hortana, seu Civitatis Castellanae Falcidia §. Martii 1684. num. 8. coram Albergato; & notat Card. Petra loc. cit. num. 84. in fine. Vel causa pia, seu ecclesia instituta haeres est magis favorabilis cultui divino, religioni, aut animae testatoris, quam causa pia legataria; & tunc ecclesia potest detrahere falcidiam in legatis piis, quia tunc privilegium non currit contra privilegium l. 4. Sed similes 8. in princip. ff. de excusat. tut. Novarius in Praxis for. q. 21. num. 20. Gracian. discop. forens. cap. 451. n. 15.

Sfortia de rest. t. p. q. 18. art. 4. num. 54. Amostaz 23 l. c. num. 38. Vel causa pia legataria est magis favorabilis animae testatoris, quam causa pia instituta haeres; & in hoc casu ex legatis piis non potest deduci falcidia, privilegium ut ex legatis piis non deducatur falcidia, in d. Authentic. Similiter, Cod. ad leg. falcid. fundamentum suscipit in praesumpta voluntate testatoris, qui cum possit illam prohibere, Authen. Sed cum Testator, Cod. ad leg. falcid. Surd. de aliment. tit. 8. privi. 18. num. 10. Tondut. quest. civil. tom. 1. cap. 73. num. 14. Amostaz l. cit. num. 37. Rota part. 2. dec. 438. n. 1. part. 6. decis. 171. n. 15. p. 10. dec. 42. num. 44. videtur ob animae suae bonum velle ne detrahatur; quin potius ut integra legata persolvantur; maxime si legata sint cum onere celebrationis missarum pro suffragio testatoris, per quod onus legatum redditur longe favorabilius ipsi testatori. Unde falcidia nulli modo detrahatur a legatis cum onere missarum, vel pro exoneratione conscientiae; quia certo supponitur testatorem praevoluisse, & praedixisse tale onus in suffragium ejus animae; Cardinal. Petra loc. cit. num. 84. & 85. Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. t. 2. tit. de legatis quest. 1006. lib. num. 15. Hodiern. controp. 19. sub n. 29. Rubens de test. cap. 67. num. 205. §. seq. Antonell. de regim. eccl. cap. 10. num. 67. cum seq. Bassi tract. de Sodalitatibus q. 16. num. 4. de Luca ad Franc. dec. 618. num. 15. Larrea dec. Granatens. 61. sub num. 44. & 45. ubi ita fuisse decisum testatur Altmar. ad Rovin. dec. 87. in princip. & Rota in Hortana seu Civitatis Castellanae, Falcidia §. Martii. 1684. num. 2. §. cor. Albergato. Vere enim in hoc debet considerari, & interpretari voluntas Testatoris, ut suffragio meliori, & velociori sibi consulere voluisse praesumendum sit. Falcidia non habet locum in testamento militis; leg. 12. Cod. de Testam. Militi. ibi: In testamento militis legem falcidiae, & in legatis, & in fideicommissis cessare explorati juris est. Neque falcidia habet locum in casu, quo 26 testator prohibet falcidiae detractionem a legatis &c. Authen. Sed cum Testator, Cod. ad legem falcid. ibi: Sed cum testator hoc expresse vetuit non ignorat, qui modus sit sui patrimonii, cessat falcidia. Concordat Novella 1. cap. 2. in fine, quibus iuribus correctum est jus antiquum, per quod non licuit testatori prohibere detractionem falcidiae. Hodie enim de jure communi potest 27 testator prohibere detractionem ipsius falcidiae, ut constat ex cit. Auth. Sed cum Testator Cod. ad legem falcid. & Novella 1. cap. 2. in fine, & tenent communiter Doctores, Surd. de aliment. tit. 8. privi. 18. num. 10. Tondut. quest. civil. tom. 1. cap. 73. num. 14. Amostaz. de causis piis lib. 1. num. 37. Immo falcidia prohiberi potest a testatore, non solum expresse, sed etiam tacite verbis generalibus, & equipollentibus, quae aliud commode significare non possunt; Rota part. 2. dec. 438. numer. 1. part. 6. dec. 171. num. 13. part. 10. dec. 42. num. 44. Hinc censetur prohibita ex prohibitione alienationis; Rota part. 5. tom. 2. dec. 382. num. 30. cum seq. Et ex eo 29 quod testator mandaverit integram suam haereditatem, vel legatum ad aliquem pervenire; Rota part. 1. decis. 453. num. 3. Idem procedit quoties voluit praestationem 30 legati esse adimplendam abque ulla diminutione; Rota part. 2. dec. 428. num. 3. part. 10. de num. 42. ad num. 46. Falcidia non potest detrahi ab haerede, qui non confecit inventarium; Rota part. 5. tom. 1. dec. 399. num. 4. Authen. de haeredit. & falcid. §. Hinc nobis, versicula Si vero non fecerit. Quae conclusio procedit etiam de Jure 33 canonico; Rota part. 10. dec. 54. num. 13. Dicitur usque modo de falcidia intelligenda sunt etiam 33 de trebellianica, salvis solummodo duabus differentiis. Prima, quod falcidia detrahatur a legatis, donationibus mortis causa, ac fideicommissis particularibus; Trebellianica vero a solo fideicommissio universalis. Secunda, quod legatum haeredibus fideicommissio universalis gravatis factum computetur in trebellianica; leg. 13. ff. Ad leg. falcid. ibi: Sed in fideicommissaria haereditate restituenda, sive legatum, vel fideicommissum datum sit haeredi, sive deducere, sive percipere, vel retinere jusus est, in quantum et imputatur. Secus autem est de falcidia juxta dicta num. 11. per textum ibi allegatum. Aliam adhuc dif-

ferentiam affert Fachin. lib. 5. contr. cap. 5. scilicet quod Jure communi possit testator prohibere detractionem falcidiae, non item Trebellianica. Verum Julius Clarus §. testamentum quest. 62. Covarrub. in cap. Raynaldus §. 3. n. 6. de testament. Molina disp. 187. num. 23. & alii communiter hanc differentiam negant, sustinendo testatorem jure novo aequè trebellianica, ac falcidiae detractionem prohibere posse, & sic Rota part. 6. decis. 5. num. 10. & decision. 171. num. 14. Liberi, casu quo nimis legatis, vel fideicommissio universalis graventur, praeter legitimam deducunt etiam falcidiam, vel trebellianicam; arg. cap. Raynaldus 16. de testament. in cuius summario sic expresse habetur: In bonis patris, matris, & aviae habet quis debitam jure natura, in qua gravari nequit, & filius rogatus de restituenda haereditate sub conditione detrahit debitam jure natura, & trebellianicam, & arg. cap. Raynaldus 18. tit. eod. in cuius summario sic expresse dicitur: Filius rogatus restituere haereditatem detrahit tertiam jure natura, & quartam trebellianicam, in quibus potest, legata relinquere, haeres instituire & sic tenent Fachin. lib. 5. contr. cap. 2. Reiffenstuel lib. 3. decretal. tit. 26. num. 476. Besoldus in dilect. Jur. ex lib. 35. ff. quest. 1. Abbas, & Glossa in cit. cap. Raynaldus, & cit. cap. Raynaldus, ac plures alii. Et ratio est, quia legitima debetur liberis jure natura; cit. cap. Raynaldus §. Cum autem ibi: Legitima portio jure natura debita, & leg. Cum ratio ff. de bonis damnat. Falcidia vero, vel Trebellianica debetur Jure civili, Inst. de lege falcidia, & Cod. Ad leg. falcid. & §. sed quia 7. Instit. de fideicommiss. haered. & C. Ad S. C. Trebellianum; Atqui ubi eidem personae duo diversa competunt Jura, illa est censenda Jure duorum, quorum sustinet vices; arg. leg. Si consul. ff. de Adop. ergo quia secundum leges tota haereditas in 12. partes, seu uncias regulariter dividitur, filius nimis Legatis, vel universalis Fideicommissio gravatus, in primis Jure natura pro Legitima sua detrahit tertiam partem, seu quatuor uncias; & quia postmodum remanent adhuc octo unciae ex his pro Falcidia, vel Trebellianica, detrahit quartam partem, id est duas uncias, adeoque universis sex uncias, seu dimidiam partem totius haereditatis, prout amplius explicat Abbas; & Glossa in cit. cap. Raynaldus, & cap. Raynaldus. Sunt tamen alii, qui absolute tenent contrarium, nempe liberos nimis legatis gravatos, ad fideicommissio universalis non posse praeter Legitimam detrahere etiam Falcidiam, vel Trebellianicam; Sic Hottoman. Illustr. q. 44. Cujacius lib. 8. observ. 5. Hunn. Peten. Zoecius, & alii. Alii autem tenent, posse liberos praeter legitimam deducere etiam falcidiam, vel trebellianicam, casu, quo legata seu fideicommissa universalis sub conditione, seu in diem sunt relicta, non item si pure sunt relicta; sic Gallus lib. 2. observ. 21, Molina disp. 187. art. 5. & alii. 38 Plura in Pandectis hoc titulo occurrunt, quae Jure novissimo correctae sunt. Non inutile est ea adnotare. 39 I. Pertinebat olim lex falcidia ad ea quoque legata, quae Deo relinquuntur, L. 1. §. 5. hoc tit. Sed per Novell. 131. hoc jus correctum, cautumque est, detrahendam haud esse Falcidiam in legatis ad pias causas, licet non indistincte, sed sub certa limitatione, si haeres in mora deprehendatur. Interim tamen in Foro obtinuit indistincte, in legatis ad pias causas cessare detractionem falcidiae, idque etiam causa pia haeres instituit; nam quum haeres hoc casu non reperitur privilegiatus, debet uti jure communi; Confer Barry de Success. tom. 2. 41 lib. 15. tit. 7. num. 8. Ex qua ratione rejicienda videtur distinctio quam tradit Auctor num. 21. & duob. sequent. 42 II. Detrahitio falcidiae, non pertinebat olim ad donationes mortis causa, d. lib. 1. §. 8. hoc tit. At pertinet ex leg. 6. & §. C. hoc tit. & l. 1. C. de donat. mortis causa. 43 Olim testator prohibere haud poterat detractionem falcidiae, ita ut nec pactum testatorem inter & haerem valeret, ne falcidia uteretur, & ut certam pecuniam solveret, si contrafecisset. L. 15. §. 1. hoc tit. ubi haec re-

ditur ratio, quod privatorum cautione legibus haud sit refragandum. Immo conditio haec: Aut haeres beneficium falcidiae amitteret, fraudis causa adscripta videbatur, ea que propter habeatur perinde, ac si non esset adscripta; L. 22. ff. de hoc tit. Sed in Novella 1. cap. 12. facta 46 est testatori potestas quartam plane prohibendi, qua facultate concessa, evidens quoque est valere hodie pactum inter haerem & testatorem de non detrahenda quarta secus ac olim. Si enim prohiberi testamento potest Falcidia, renunciari & ei potest inter vivos. 47 IV. Haeres aliquod subtrahens ex haereditate, exuebatur olim falcidia, intuitu istius rei quam intervertebat, vel etiam suam esse contendat; L. 67. in fine, hoc tit. L. 6. ff. de his que ut indign. At ubi Justinianus 49 introduxit beneficium inventarii in L. final. C. de Jur. de liberand. simul. in §. 10. citatae Legit. constituit haeres celantes aliquod dolose ex rebuis haereditariis, poena duplici esse plectendos, salva quarta, ne haeres bis puniretur. Sed in Novella 1. cap. 2. noviter statuit, ut haeres de subtractione rei haereditariae convictus, amittat falcidiam, in favorem legatariorum, & quidem punitus non tantum intuitu rei sublatae. 51 V. Jure Digestorum propter mortis causa captionem 51 locus non erat beneficio hujus quartae; Leg. 93. ff. hoc tit. Sed postquam jure novo admissa est falcidia in mortis 52 causa donationibus, eadem locum quoque sibi vindicat in tali mortis causa captionem, qua haeres, conditionis implenda causa aliquid alteri ex propriis bonis elargiri debet; Leg. penult. C. hoc tit. 53 Vide & alias differentias apud Strykiem in usu modern. Pandectar. l. 35. tit. 2. qui simul recte explicat, quomodo aestimatio falcidiae ineunda in annis legatis, tum in legato alimentorum. (Ne hic inserta aliquam patiantur confusionem, separatum per leges hispanicas determinatum pertractabitur. Quarta falcidia est inventa in favorem testatorum, ut intestati non decedant, & haereditum. Nam quod amplius admiratione dignum quam nomen haereditis cui nil relinquatur, tribuere; semper quod bonorum pars quarta salva haeredi non permanet, falcidia ingreditur, in totum, sive in partem, usque ad quartam complementum; bonorum aestimatio est tempore mortis inspicienda, augmentum & diminutio ad haerem post mortem spectat, quia commoda incommoda sequuntur. 54 Es alienum, etsi haeredi debetum, nisi aliter testator disposuerit, funeris impensam, eandem ad haereditatis susceptionem necessariam, ac pretia servorum, certum est ante falcidiam esse deducenda: animadverte, alicui pecunias testatore praecipiente, ut servos suos manumittat, deduci debere: ceterum si nummi sint legati, ad eorum emptionem efficiendam, in pretio quod, ea perfecta, superest, locum habet; de relictis ecclesiae, hospitali, loco religioso, egentibus, pro captivorum redemptione, pro dote, in testamento militis, pro servorum testatoris manumissione, deque relictis aliis piis operibus, non detrahenda praedicta falcidia; si aliqua solverit legata, credens, caetera bona ad reliquorum, & quartae satisfactionem sufficere, excluditur a simili deductione, nisi debitum in magna pateat quantitate, tunc equidem ex non solutis legatis (vid. verb. ignorantia) detrahi debet; haerede conficere inventarium contentem, falcidia non ingreditur, sibi debet imputari, tamquam sub hac qualitate beneficium simile concessum; haecenus de falcidia. In trebellianica (postquam confitetur, ex haereditate restitui demandata, hanc quartam esse detrahendam) debent computari quae a testatore haeredi relinquuntur: si involuntarie iste haereditatem adit, non deducitur: fructus omnes perceptos retinetur, quartam non excedentes: verum eidem non accedentibus, ex bonis ceteris adimplebitur: si plurimi fructus aestimantur, distinctio magna notatur, aut in haereditatis traditionem fuit tempus praefixum, sive non: primo casu, nulla data comissione, omnes fructus, partem signatam licet excedant, percipit: secundo, si in recuperatione negligens fuerit fideicommissarius, lucro alterius cedunt, nisi ut bona traderentur, fraudulenter se ges-

serit; omni tempore ab oneribus hereditariis pro quarta trebellianica non excusatur, hac ex tit. 1. p. 6. comprobantur: cum ita abs dubio se habeant, ratio differentie, quae inter supradictam doctrinam, & decisiones hispanicas reperitur, demonstratur. Vid. ejus leg. 8. Prætermitti hic non potest, quod quamvis dictæ leges etiam admittant falsitatem, & trebellianicam in testamentis ascendentium, & descendantium, hodie hujusmodi dispositiones hac in parte nequeunt sustineri upote totum extra quintum, & tertium respective legitima reputatur. Vid. ad horum intelligentiam verb. Alimenta, verb. Successio ab intestato, & verb. Testamentum, præcipue in addition. hisp. & novit.)

FALSUM, FALSARIUS.

SUMMARIUM.

- 1 Falsum quid sit, & unde constet, ad num. 2.
- 2 Quot & quibus modis crimen falsi committatur.
- 3 Quinam falsum committant dicto, ad num. 9.
- 4 Quinam vero factio, ad num. 15.
- 5 Quinam scripto, ad num. 15.
- 6 Quinam vero factio, ad num. 36.
- 7 Quinam tandem Usu vel potius Abusu, ad num. 38.
- 8 Quot & quibus modis Litteræ Apostolicæ falsari queant.
- 9 Quas penas incurrant cum Laici, tum Clerici falsantes Litteras Apostolicas, ad num. 57.
- 10 Quid veniat sub nomine Litterarum Apostolicarum.
- 11 An æquales irrogentur pena in falsificantes Litteras Episcoporum, Nunciorum &c. ad num. 60.
- 12 Quæ pena puniatur falsificans Litteras Papæ, Imperatoris, Regis, aliorumque Supremorum Principum, nec non Præregis, Locumtenentis &c. ad num. 63.
- 13 Quæ pena puniendus sit Clericus falsificans Sigillum Principis, Litteras Episcopi vel Capituli, ad num. 65.
- 14 Quæ pena puniendi Regulares falsificantes Sigillum vel Litteras Prelatorum, ad num. 67.
- 15 Quæ fuerit olim, & quæ nunc sit pena ordinaria contra Nobiles & Servos pro quocumque crimine Falsitatis.
- 16 Quæ sit pena Falsi testis Clerici vel Laici in causis tam civilibus quam criminalibus, & quæ ratione hujusmodi pena Judicis arbitrio mitigetur, ad num. 71.
- 17 Quæ sit pena peculiaris Notarii scribentis falsum testamentum, vel instrumentum, & aliorum falsificantium manum alienam, vel exemplantium copiam diversam ab originali, ad num. 73.
- 18 Quæ fuerit olim, & quæ nunc sit pena peculiaris Advocati, Procuratoris, Judicis falsum committentis &c. ad num. 75.
- 19 Quæ sit pena præter ordinariam falsificantium legitimas mensuras, pondera, monetas &c. ad num. 77.
- 20 Quæ sit pena impediendum aliquem testari, vel jam factum testamentum mutare cogentium, vel ad testandum impellentium.
- 21 Quæ fuerit olim, & quæ nunc sit pena falsum partium supponentis.
- 22 Quæ sit pena occultantium, surripientium, corruptum, abradentium, lacerantium, vel comburentium scripturas publicas, vel libros mercatorum, vel sibi aliud nomen imponentium &c.
- 23 Quæ sit pena gementium, seu pro Curia, seu argumentum nomen Curie, juxta diversum finem talia perpetrantium, ad num. 83.
- 24 Circa aliorum Falsariorum penas Lector remittitur alibi.
- 25 Quot requirantur & quæ, ut quis de Falso pena ordinaria puniri possit, ad num. 86.
- 26 Quam penam incurrant falsificantes Litteras Apostolicas, & Supplicationes signatas.
- 27 Quomodo falsitas puniendus in expositione facti.
- 28 Quid eorumdem sit Litterarum Apostolicarum Executoribus, ad num. 90.

91 Subnectuntur Additiones ex aliena manu, ad numer. 103.

FALSUM, seu falsitas est veritatis immutatio dolo malo in alterius præjudicium facta; Raynald. tom. 2. in Rubric. c. 18. num. 7. & seq. Armen. de delict. & pan. tit. 6. de crim. fals. num. 2. & est in re communis. Ad crimen falsi tria requiruntur. Primo, ut immutetur, seu pervertatur veritas; Authent. in instr. eaus. & fide collar. 6. Novell. 73. in princ. Secundo, ut id dolo malo fiat, sive animo corruptendæ veritatis in alterius fraudem; l. 1. & l. Impuberem 22. ff. de l. Nec ad exemplum 20. Cod. ad Leg. Corn. de Fals. Tertio, ut falsitas fiat cum notabili damno alterius, ita ut alteri noceat, vel nocere possit, etsi forsitan impediatur; l. Qui falsas 6. & leg. Si falsus 8. Cod. ad Leg. Corn. de Fals. Alioquin uno horum deficiente non dicitur quis proprie falsarius, nec tenetur pena falsi, cit. l. Nec ad exemplum 20. ad Leg. Corn. de Falsar. Falsum, seu falsitas committitur principaliter quatuor modis, scilicet dicto, scripto, factio, Usu, seu potius Abusu; Farinac. prax. crim. 6. lib. 5. sect. 16. q. 150. num. 6. Mascard. de probat. conclus. 739. num. ult. Engel. lib. 5. decretal. tit. 20. num. 2. Pirhing. ibid. num. 1. Reiffenstuel ibid. num. 2. & alii passim.

Dicto crimen Falsi committitur multifarie. Primo, falsum committunt dicto testes, qui falsum testimonium dicunt in judicio, vel verum supprimunt dolo malo; testis expresso in cap. Falsidicus 1. de crimine Falsi, ibi: Falsidicus testis... uterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. Idem præcisè habetur etiam in cap. Quisquis 11. quest. 3. concordat leg. 1. & leg. Falsi pena, 20. ff. ad Leg. Corn. de falsar. Testis falsidicus tres lædit, Deum, Judicem, & partem, textu expresso in cit. cap. Falsidicus ibi: Falsidicus testis tribus personis est obnoxius; primum Deo, cujus præsentiam contemnit; deinde Judici, quem mentiendo fallit; postremo Innocenti, quem falso testimonio lædit. Secundo, falsum committunt dicto testes, qui interrogati respondent se non recordari, cum debent verissimiliter recordari. Item si per malitiam, & dolum respondent versute, & obscure; Farinac. loc. cit. num. 224. Pirhing. loc. cit. num. 4. Reiffenstuel loc. cit. num. 6. Tertio, falsum committunt dicto, & criminis falsi sunt rei, qui testem subornant, vel donis, aut pretio corrumpunt ad dicendum falsum testimonium, vel occultandam veritatem: sicut & qui utuntur dicto testis falsi. Clarus §. Falsum num. 3. Pirhing. loc. cit. num. 4. Reiffenstuel loc. cit. num. 5. Quarto, falsum committunt dicto, & falsarii puniuntur illi Judices, qui pecunia corrupti, vel aliâ dolo malo contra leges, & constitutiones principum sententias pronuntiant; argum. leg. 1. §. Sed & si Judex ff. ad Leg. Corn. de Fal. Quinto, falsum committunt dicto, & rei criminis falsi sunt illi Advocati, qui parti adversæ causam revelant, & vel propriis probationibus dissimulatis, vel falsis exceptionibus, aut probationibus admissis partem adversam directè, vel indirectè juvant; argum. l. 1. §. 1. ff. ad Legem Corn. de Falsar. & l. 1. §. 1. ad S. C. Turpil. Pirhing. loc. cit. n. 7. Haunoldus tom. 6. tract. 2. num. 180. Reiffenstuel loc. cit. num. 8. (Vid. verb. Advocatus.)

Scripto, crimen falsi committitur pluribus modis. Primo si Notarius scripserit falsum testamentum, seu instrumentum, vel signaverit, vel firmaverit illud, §. Item Lex Cornelia de falsar. Institut. de Public. Jud. ibi: Qui Testamentum, vel alia Instrumentum, falsum scripserint, signaverint, legerint, subjecerint, vel signum adulterinum fecerint, sculperint, vel expresserint scienter, & dolo malo. Secundo si Notarius, vel quisvis alius in alterius testamento se scripserit heredem, vel sibi legatum adscripserit, leg. 1. §. Ad Testamentum, ff. ad Leg. Corn. de Fals. & tot. tit. Cod. de iis, qui sibi in testamento adscrib. Tertio si quis exemplat aliquam copiam ab originali diversam, vel aliquam partitam aliter transcribat, quam in exemplari reperitur conscripta, capit. Cum Venerabilis, §. Intelligimus de exception. Farinac. quest. 150. numer. 64. Quarto si quis manum alterius in ejusdem

dem, vel tertii præjudicium falsificaverit, veluti si quis contrafaciat manum sui creditoris, faciendū aliquam receptam, in ea asserendo debitum sibi fuisse persolutum; Farinac. quest. 150. num. 23. Quinto, si quis mutet diem, & tempus in aliqua scriptura, & ut vulgo dicitur apponendo antidatum; Farinac. quest. 150. num. 99. & quest. 155. num. 26. Sexto, si quis nomen, vel cognomen fraudulenter sibi mutaverit, vel scripserit, leg. Falsi ff. ad Leg. Corn. de Falsar. ibi: Falsi nominis, vel cognominis asseratio pena falsi coercetur.

Factio, crimen Falsi committitur etiam pluribus modis. Primo, quando quis corrupit, abrasit, vel cancellavit scripturas vel aliquid delevit, ne iidem veritas appareat, l. 1. §. Is qui pervertit ff. ad Leg. Corn. de Falsar. l. Qui testamentum, ff. eodem. Item si quis scripturas combusserit, laceraverit, vel aliter destruxerit, ut rei veritas opprimatur, l. Paulus §. Paulus; ff. ad Leg. Corn. de Falsar. Raynaldus tom. 2. cap. 18. §. 3. num. 1. & sequent. ubi num. 5. quod Cancellarius Faventis condemnatus fuit ad trimeses eo quia dederat Parti processum ex Cancellaria ad comburendum illum. Item si quis scripturas, veluti instrumenta, testamenta, libros, & similia subripuerit, & occultaverit, ne veritas detegatur; l. 1. §. Qui in rationibus ff. ad Legem Corn. de Falsar. Secundo, si venditores, & emptores pondera, mensuras legitimas frumentis, vini, aut cujuslibet rei corrupterit; l. Hodie 32. ff. ad Leg. Corn. de Falsar. Tertio, quando aliqua femina alienum partum tanquam ex se natum supponit, cum revera alterius femine filius sit; l. 1. l. Qui falsum, & l. Cum suppositi, Cod. ad Leg. Corn. de Falsar. Quarto, prohibendo aliquem testari, vel jam factum testamentum mutare; l. 4. §. Si quis, ad Leg. Corn. de Falsar. ibi: Volente eo facere testamentum, vel mutare, Hic enim veritatis occultator est, quia testator mediante testamento intentionem suam voluntatis erat aperiturus de eo, quod post mortem suam fieri volebat; Clar. in praxi, §. Falsum num. 36. Farinac. q. 151. n. 1. & 6. Quinto, si quis & contra alium ad testandum compulerit, ut Rubr. & toto tit. ff. & Cod. Si quis aliquid testatur, prohib. vel coeger. Sexto, quando eadem res venditur duobus; leg. Qui duobus ff. ad Leg. Corn. de Falsar. Septimo, quando quis alienis insignibus usus est, vel falso diplomate vias comeavit; leg. Eos, qui ff. ad Leg. Corn. de Falsar. & l. unic. Cod. de mutat. nom.

Octavo, si quis in scripturis corrupit sigillum proprium ponendo falsum, & adulterinum; Glossa in cap. In memoriam, verb. Falsum, dist. 19. Raynald. tom. 2. c. 18. §. 3. per tot. Amen. de delict. & pan. tit. 6. §. 1. num. 33. Nonno, quando quis se pro milite gerit, cum non sit miles, vel sibi falsos titulos honoris, vel status, v. g. Clerici, Sacerdotis, Nobilis, Doctoris, Notarii, & hujusmodi assumit; Farinac. q. 150. num. 85. & 87. Raynald. loc. cit. cap. 18. & suppl. 1. num. 1. & sequent. Pirhing. lib. 5. decretal. tit. n. 45. Reiffenstuel ib. n. 8. Decimo, quando mercibus adulterina, vel minus utilis materia adjungitur; Farinac. loc. cit. Molin. disp. 701. num. 1. Pirhing. loc. cit. num. 45. Reiffenstuel loc. cit. num. 16. Undecimo, supponendo unam personam pro alia in celebratione alicujus contractus, in testamento, in judicio, vel aliâ quomodolibet in tertii præjudicium; Farinac. quest. 150. num. 90. & 92. Duodecimo, quando quis utitur dolose vestibus, & indumentis sexui, & conditioni personæ non convenientibus, puta si secularis fraudulenter indutus sit habitu religioso, vel muliebri, & femina sit induta vestibus virilibus; (Vid. verb. Vestis.) Caball. resolut. crim. cas. 176. num. 10. Cohell. Bulla Bon. Regim. cap. 40. à num. 54. Raynald. tom. 2. cap. 18. §. 32. num. 1. & sequent. Panimol. decis. 49. num. 10. Tertio decimo, quando Aromatarius adulterat medicamenta danda quâ pro quo, seu unum loco alteri à Medico prescripti juxta sam illius, qui dabat mel rosatum loco syrapi rosati resolutivi, de quo Raynald. tom. 2. ad cap. 31. sup. 2. per totam. Quartodecimo quando quis proposita edicta dolo malo corrumpit; l. Hodie ff. ad Leg. Corn. de Falsar. Item, si quis utatur falsis constitutionibus nullo Auctore, vel quæ non probantur sint. final. ff. eod. Quintodecimo, committitur crimen falsi Factio fabrican-

do falsam monetam, ut late probat Panimol. dec. 77. per totam. Falsum circa monetam juxta ordinationem Caroli V. art. 3. princip. committitur tribus modis. Primo si quis cudat monetam non habens facultatem eam cudendi, quamvis ea ceteroquin sit proba, & justis ponderis, siquidem juxta cudendi monetam numeratur inter regalia, ut patet ex lib. Feud. tit. Que sunt Regalia, juncta l. 2. Cod. de falsa moneta. Tum quia ad legitimum, & justam monetam non sufficit materia bonitas, sed insuper requiritur quod sit sculpta, & percussa publica forma; Arg. l. 5. ff. de contrahenda emptione, & venditione. Hæc autem forma publica, vel deest, vel falso fingitur in moneta, privata auctoritate causa, cum nemo possit illam adhibere absque incurso criminis falsi sine concursu supremi principis; arg. l. Falsi 13. princip. l. Qui nomine 25. ff. ad Leg. Corn. de Falsar. & leg. final. Cod. de fals. monet. Secundo, si quis legitima monetæ justum pondus tendendo, sciendo, abradendo, vel alio modo dolose diminuit, leg. Quicumque, ff. ad Leg. Corn. de Falsar. Tertio, si quis monetam adulterinam cudat, v. g. eam fabricando ex toto, ex materia falsa, ut ex stanno, plumbo, cupro, & hujusmodi; vel veræ materiæ, puta auro, & argento materiam adulterinam, puta stannum, cuprum, & hujusmodi admiscendo, vel nummos falsos tingendo, ut appareant vere aurei, & argentei; l. 9. ff. ad Legem Corn. de l. 2. Cod. de falsa moneta. Ad falsum circa monetam plerumque deducitur etiam confectio aurei, & argenti arte Alchimia; Reiffenstuel loc. cit. num. 24. Vid. verb. Alchimia, & hic sufficit addere, quod Alchimia, definitur ab aliquibus penes Lemer. Cours de Chymie cap. 1. de Aur. fol. 61. quod sit Ars sine arte, cujus principium mentiri est, finis vero mendicare, & concordat de Angel. de delict. part. 1. cap. 6. de quibus Alchimistis verificatur ea, quæ refert Pegn. in director. Inquisitor. part. 3. comment. 26. in fine, neppure.

Arx suspecta probis, ars ipsa insivaque multis. Invisos etiam cultores efficit artis. Usu seu potius abusu committitur crimen falsi dupliciter. Primo, quando quis scienter utitur falsitate ab aliis confecta, ut si quis falsas scripturas, puta falsum instrumentum, aut falsum testamentum ab alio confectum, dolose, & scienter in Judicio producat. Is enim falsum committere dicitur, ac si illud fabricasset, l. Majorem, Cod. ad Legem Corn. de Falsariis. Secundo, quando quis producit dolose, & scienter falsos articulos, à se fabricatos, & super illas procurat examinari falsos testes utendo eorum dictis. Presumitur autem tem quis falsos adducere articulos, quando respiciunt factum proprium non subsistens, sed de recenti secutum, vel talis nature, vel nullo modo possit habere locum ignorantia; Farin. quest. 159. num. 84. & seq.

Litteræ Apostolicæ possent falsari novem modis, ut Innocentius III. scripsit Archiepiscopo, & Canonicis Mediolanensibus, & habentur expressè in cap. Licet ad regimen, de crimine falsi; Ut autem varietates falsitatis circa nostras literas deprehendere valeatis, eas vobis presentibus literis duximus exprimentas. Prima, species falsitatis hæc est, ut falsa Bulla falsis litteris apponatur. Secunda, ut filum de vera Bulla extrahatur ex toto, & per aliud filum immisum falsis litteris inseratur. Tertia, ut filum ab ea parte, in qua charta plicatur incisum, cum vera Bulla falsis litteris immittatur, sub eadem plicatura cum filo simili canapis restauratum. Quarta, cum à superiore parte Bullæ, altera pars filii sub plumbo rescinditur, & per idem filum litteris falsis inserta, reducitur infra plumbum. Quinta, cum litteris bullatis, & redditis, in eis aliquid per rasuram tenuem immutatur. Sexta cum scriptura literarum, quibus fuerat apposita vera Bulla, cum aqua, vel vino universaliter abolita, seu deleta, eadem charta cum sceale, & aliis juxta consuetum artificium dealbatur, de novo rescribitur. Septima, cum charta, cui erat apposita vera Bulla, totaliter abolita vel abrasa, alia subillisima charta ejusdem quantitatis scripta cum tenacissimo glutino conjungitur. Eos etiam à crimine falsitatis non reputamus immunes, qui contra constitutionem nostram, scienter literas non de nostra, vel Bullatoris nostri manu